



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Iudicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

sub rigoro obligatione jurata sit, sive solum sub sim-
plici proposito. Ita Cast. *reg. 1. r. 14. d. 1. de jur. p. 2. n. 6.*
citans Suar. *de rel. 1. d. 1. de jur. c. 9. n. 7.* Vide eundem
Cast. *l. d. 2. p. 1. n. 3.* Sanch. *l. 3. in Do. c. 6. n. 6.* vide, an
libi contrarius *ibid. c. 1. n. 2.* Et hujus rei ratio est quia
juramentum in ratione juramenti, etiam praescindendo
de reverentia ad illius rei executionem (se falso
Deus in testem sit adductus) juramentum asstringit.

4. Peccet denique, An defectus Veritatis sit specie mo-
rali diversus in juramento assertorio, ab eo qui est in pro-
missorio? Respondet, videtur diversum; ibi enim invoca-
tur Deus ut testis veritatis, hic ut fidei iussor promissionis.
Iustus, ergo deberet poenitens explicare in Confes-
sione, an peccaverit juramento assertorio, an promissorio;
ad quod tamen illum *supra*, §. 2. n. 8. non asstringimus.
Respondet, nec nunc asstringimus abstrahendo ab inju-
ritia, vel alio peccato, quod admiserit postea: sique sal-
tem ex opinione probabili, quia utrumque juramen-
tum ex opinione probabili, quia utrumque juramen-
tum, quia tale est, resolvitur tandem in invocationem divini
testimonij, quod injuria afficitur. Dico (ex sententia pro-
babili) nam scio Castro Pal. *loc. cit.* contra sentire, quem,
si placet, lege.

Justitia.

5. Justitia in eo consistit, ut id quod juratur, honeste,
& sine peccato iuret; sic Doctores citati, & pas-
sim, hic enim Justitia non sumitur strictè pro virtute
reddendi unicuique suum, sed late, juxta illud: *Opportet
me implere omnem justitiam.* Qui ergo aliquem, v. g. infan-
tulum cum juramento, aperiendum committeret; & ratio-
nem (præter infamiam) aperiendum committeret; & ratio-
nem ejusmodi specialis culpæ est, quia sumere Dei testi-
monium tanquam medium ad iniquè agendum, præsum-
ptio est, & irreverentia contra Deum.

Quare etiam si ille adulter esset occultus, unde jura-
mento non deberet veritas, atque adeo illi proprie
perjurium non esset, quia perjurium proprie vocatur à
Doctoribus illud, cui deficit veritas; tamen esset per-
jurium late, quod ab illis appellatur proprie juramen-
tum temerarium, quis in illo temerè adducit Deus ad
iniquam actionem confirmandam, nempe in casu dicto,
ad proximum infamandum. Quid, si iniqua actio sit fo-
lita venialis, v. g. *Iuro per Deum hunc mendaciam officiosè
dixisse?* hæc enim actio detractionis venialis est. Resp.
sive juramentum venialiter temerarium, Ita Cast. *ibid.*
p. 5. n. 4. alique *ibid.* cit. Ratio est, quia si quis gravis est
irreverentia Deum adducere tanquam medium ad iniquè
mortaliter agendum; ita levis, ad leviè?

6. Atque ex hac ratione deducit affirmantem se esse
adulterum, v. g. vel velle inimicum occidere, &c. deducit
hoc cum juramento, ut ab astantibus credatur, se gub-
ernantem, committere quidem crimen mortalis jactantia,
sed non temerarij ex defectu justitiæ: ita apud Cast. *ibid.*
n. 6. Suar. *l. 2. de Rel. r. 2. de Jur. lib. 1. c. 3. n. 6.* & alibi apud
Sanc. *lib. 3. in Dec. c. 4. n. 33.* Ratio est, quia in hoc casu
juramentum non assumitur, ut medium ad peccandum,
sed ad gravius peccandum, immò nec invocatur Deus ut
testis sit peccati, sed solum invocatur ut testis veritatis,
ad infundendam credulitatem in animos audientium,
quæ credulitas, cum non sit ex se peccatum, juramen-
tum non assumitur ut medium ad peccandum.

Indicium.

7. Judicium consistit in eo, ut ad sit causa necessaria,
sive utilis, sive pia ad jurandum: irreverenter enim
Deum implorares, si nulla causa rationabilis ad tantum
testimonium interponendum accedere. Hujus autem
conditionis defectus est ex se venialis: sic Doct. cit. pas-
sim, si quidem posita veritate, & justitia, non irrogatur
gravis Deo irreverentia per solum dictum defectum: ex
se, inquam, nam cæterum, si inde nascatur gravis ne-
gligentia, unde non inquirantur legitime necessaria ad

nuncupandum juramentum, erit mortale ad periculum,
grave falsò, vel iniquè jurandi.

§. V. De consuetudine jurandi.

1. Triplex potest esse ejusmodi consuetudo. Prima
jurandi verum. Secunda male, vel falsò jurandi
advertenter. Tertia jurandi male, falsò, inadvertenter.

Quoad primum, certum est, consuetudinem non ad-
dere juramento gravitatem mortalem, quia consuetudo
ad aliquem actum non potest, nisi ejusdem actus gravi-
tatem, vel levitatem contrahere. De secundo, & tertio fa-
ctis dixi in meth. *Conf. lib. 2. c. 3. §. 3.* solum hic tanquam
in suo loco decernendum clariùs, An, qui consuetudine
male jurandi laborat, peccet mortaliter, quoties illius
prava consuetudinis recordatur, illamque extirpare non
procurat? peccet, inquam, mortaliter, peccato num di-
verso ab eo, quo de facto pejerat? Affirmativam senten-
tiam docet Castro Pal. his verbis: *Peccas mortaliter quo-
ties illius prava consuetudinis recordaris, illamque extirpa-
re non procuras: sicut si domi concubinam haberes, & ad-
vertens ad periculum peccandi, Nam non removeres, cum
posses, & sicut si obligatus sis restituere, & advertens omi-
teres restitutionem facere, quia in his omnibus emas peri-
culum peccandi, peccas ergo mortaliter: ita Suarez, Valen-
tia, Petrus de Ledesma, Sanchez, Reginaldus, Bonacina. Ratio
videtur manifesta. Quia talis consuetudo est occasio sæpè
pejerandi; ergo si illam non procuras expellere, censuris velle
perjurium, ut in exemplis de concubina & restitutione alieni
est manifestum. Hæc ille.*

2. Sed videntur huic doctrinæ refragari omnes illi, qui
absolute docent consuetudinem, ex qua quis peccavit,
non esse necessariò specialiter confitenda; at si esset
ipsa peccatum, confitenda utique foret: ita Suar. Reg.
Bonacina. Sanchez quos sequitur, citatque Diana p. 1. r.
de circumstant. aggr. ref. 15. c. 5. certè Vasquez *l. 4. in 3. p.*
q. 91. art. 1. dub. 3. n. 3. sic habet: *Consuetudo peccandi non
est circumstantia aperienda in Confessione, nisi quando
consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam
ille tenetur refecare, scilicet, quando fuisset consuetudo, ubi
non est hac occasio tunc enim non tenetur hanc consuetudi-
nem explicare; nisi à confessario juxta de causa interroge-
tur. Vides non semper consuetudinem esse confitendam?*
Si autem semper esset occasio peccandi, atque adeo pec-
catum, confitenda semper esset: Audi item Joannem San-
chez *in sel. d. 9. n. 5.* *Notandum aliud esse habere consuetudi-
nem peccandi, aliud occasionem, ut tradit Sanchez, Suarez,
& communiter Doctores.*

3. Hæc Joan. Sanchez: non ergo constat Castro Pal.
argumentatio: Est consuetudo pejerandi, ergo est peje-
randi occasio; sunt enim hæc duo, scilicet consuetudo, &
ocasio, quid diversum. Idem Joan. Sanc. *ibid. n. 6. in medio,*
stimans opinionem concedentem absolutionem allueto
peccate, addit unum verbum, quod maxime facit ad
solutionem argumenti Castro Pal. *Igitur impetenda est
(inquit dictus Joannes) poenitentia absolutio volenti, & pro-
ponenti cessationem peccati, & nullam externam habenti oc-
casionem, quantumcumque consuetudini peccati additio.* Ha-
cenus Jan. Sanchez.

4. Sed jam ex his respondeo directè ad ratio-
nem Castro Pal. & aliorum, si qui sententiam ejus consecran-
tur, distinguendo illud: *Consuetudo est occasio peccandi;* Est
ocasio peccandi extrinseca, qualis est retentio cortu-
bina, vel retentio alienæ pecuniæ, & rursus est volunta-
riè assumpta & retenta, nego: est intrinseca, & involun-
tariè, vel certè non voluntariè assumpta, & involuntariè
retenta, ut mox clariùs explicatur, concedo. Quo-
niam autem nos illam extrinsecam peculiari modo te-
nemur extirpare, non hanc, ideo ibi peccatur, non hic.
Sanè omnes excusamus à tollenda occasione, quam quis
vitare non potest, ita Hurtadus *de pen. dissertation. 10.*
differens. 13. excusamus, v. g. fratrem habitantem jux-
torem patriæ in eadem domo parentum cum sorore, li-
cèt habitatio sit illis fortè causa peccandi, quia ejusmodi
ocasio